

quod perficiat subiectum in ordine ad seipsum per modum cuiusdam ornatus, & perfectionis ipsius, non in ordine ad aliquam operationem, ideoque cum character sit spiritalis quadam potestas ad operationem ordinata, non erit qualitas tertie speciei.

Ad 3. inquit Doctor, rationabiliter hoc aeri non posse, quia nihil collocatur in genere per proprietates metaphoricas, sicut est ista characteris anima, alioquin Christus esset veré in genere substantie inanimatae, quia dicitur petras; tum quia secundum comunem sententiam cum figura sit modus quantitatis, proprie non dicitur figura, nisi solum corporale, & idem cum character sit forma quedam spiritalis, ad quartam speciem qualitates pertinere non potest.

ARTICULUS QUARTUS.

Resolutio Questionis quoad alteram partem.

221 **A**ltera pars questionis erat, quodnam sit subiectum characteris & ut constat ex ipso quaestio titulo, quaestio non est de subiecto remoto, quia hoc solum potest esse homo, qui solus est sacramentorum capax, & effectum ipsorum, inter quos est character, sed tota difficultas est de subiecto proximo, & immediato, quod apposite addo, quia loquendo de subiecto proximo, ut à remoto cõdiligenter, certum est, tale subiectu esse animam, sic enim definitur in Concil. Florentino in decreto fidei, & Trident. sess. 7. can. 9. dum dicitur: *Si quis dixerit in tribus sacramentis Baptismo, scilicet Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, anathema sit*; Quia tamen in anima distinguimus essentia, & duas potentias, scilicet intellectiu & voluntatem, quæstio est inter Theologos, ubi nam proximè, & immediatè subiectum character, an in ipsa anima substantia, an in aliqua ex eius potentiis; Et quidem cum anima sit spiritalis, atq; indivisibilis substantia, & omnes eius potestates sint idem realiter cum illa, ut in lib. de Anima contra Thomistas sanctum esse certum est, ipsam totam esse characteris subiectum in hæc sensu; unde in sententia nostra non est tanta difficultas in hoc puncto, quata est in sententia Thomistarum, potentias animæ realiter ab ipsa distinguuntur; siquidem apud nos hæc sola remanet difficultas, an character subiectetur in anima, sub ratione formalis animæ, an potius sub ratione formalis intellectus, vel voluntatis; cum alioquin gratia formaliter, eandem realiter formam esse animam secundum unam formalitatem, & considerationem, intellectum secundum alteram, & voluntatem secundum aliam.

222 Quamvis autem Ponceus ex nostris hæc ratione difficultatem hanc parvipendat disp. 41. q. 8. in fine, imò dicat, probabilius videri, quod character subiectetur in anima sub ratione animæ, quandoquidem non sit principium ullius operationis intellectus; aut voluntatis; & non magis exigit, auxilium conteri uni ex illis potentiis, quàm alteri; Nilominus à sententia Doctoris recedendum non est, & dicendum cum ipso *ad 6. q. ultima*, characterem immediatè subiectari in voluntate, sed subiectari in anima sub ratione formalis voluntatis, quod ibi probatur ratione facti evidenti, quia si character est signum, vel fundamentum obligationis animæ ad Deum, rationabiliter est, quod ponatur in illa potentia, cuius est primò obligandi, vel esse rationem obligandi; talis autem est voluntas, quia præcipue per eam aliquis se obligat principaliter; illa enim, quæ concurrunt ibi ex parte intellectus, vel alterius potentie, in homine non sunt, nisi quedam præambula ad firmum velle, quod est rationabiliter proponere, vel vovere, vel quedam signa manifestativa, illud esse firmum.

Respondent Advertiser negando, characterem esse signum obligationis, & voluntatem esse potentiam, in qua contrahitur obligatio, quo etiam dato non bene adhuc deducitur consequentia, quia non oportet, signum obligationis poni semper in voluntate, sed ibi, ubi videri possit, ut contingit in signo servis imposito, quod magis habet locum in characterè sacramentali, qui non semper suscipitur liberè, ut constat in infantibus baptizatis, & confirmatis, & qui possent etiam ordinari antè usum rationis.

223 Hanc tamen evasione bene præcludunt nostri Faber, Brancatus, & alii; irrationabiliter enim omnino negatur, signum militie Christianæ, & adoptionis in Christi familiam esse signum obligationis, & non inducere obligationem, ut constat de signo servis imposito, quod planè obligationem servitutis inducit; Et adhuc irrationabiliter negatur, voluntatem esse potentiam, per quam contrahitur obligatio, etenim homo nõ obligatur, nisi per voluntatem, quia ab homine seclusa, planè foret homo obligationis incapax, & quamvis necessarium non sit, poni semper signu obligationis in voluntate, ut constat de signo servis imposito, certe rationabiliter, & congruentius videtur, ponendum esse tale signum in potentia obligationis contractivæ, quàm alibi, quando commodè id fieri potest; & si posset Dominus mancipiu suum in voluntate ipsa signare, utiq; id faceret, quia ergo est in libera Dei potestate characterem imprimere, ubi sibi libuerit, planè congruentius erit, quod in voluntate ponatur, quæ est regina potentiarum, & potentia obligationis contractivæ, & principium omnis actus meritorii, Nec suffragatur, quod de infantibus baptizatis addit Cardin. de Lugo;

quia possunt infantibus obligari voluntate Fratrum, & Curatorum, aliàs Adamo peccante posteri non contrahunt, neq; votum publicum à Magistratu; & Communitate contractum solvi debere à plebe, & factis, quæ omnia constat, esse falsa.

224 Deinde idem probat Doct. alia ratione facti probabili, quia dispositio, & forma, ad quam est dispositio, ponuntur in eodem subiecto, ergo cum gratia, & charitas ponantur in voluntate, tanquam in subiecto, sequitur, characterem quoque debere in voluntate locari, tanquam in proximo, & immediato, cum sit dispositio ad gratiam sacramentalem.

Res. rursum negando, gratiam esse in voluntate, vel esse idem cum charitate, vel characterem esse dispositionem ad gratiam, & licet esset dispositio, posset esse adhuc in diverso subiecto, ut actus fidei disponit ad actum charitatis, qui est in voluntate, & actus supernaturales disponunt ad gratiam; quæ est in essentia animæ; & ratio est quia iste sunt dispositiones morales, non verò ex natura rei, de quibus tantum verificatur dictum illud, quod forma, & dispositio ad illam ponuntur in eodem subiecto, Sed gratiam non esse virtutem à charitate distinctam, & immediatè subiectari in voluntate, iam ex professo docuimus lib. 2. sent. disp. 7. de iustificatione u. 6. art. 2. Et quando Doct. inquit, characterem esse dispositionem ad gratiam, planè non intelligit, esse dispositionem necessariam, & ex natura rei, ita ut gratia nequeat sine characterè produci, quia tunc necesse esset, omnia sacramenta imprimere characterem, cum omnia conferant gratiam; sed intendit tantum, characterem esse dispositionem gratie in illis sacramentis, quæ characterem imprimunt, & hoc ex institutione divina, que in huiusmodi sacramentis voluit, formam imperfectiorem ipsam gratiam præcedere, quod congruè fuit propter peculiarem gratiæ excellentiam, per illa Sacram collata, & naturam illorum sacramentis, & licet character non esse dispositio ex natura rei ad talem gratiam, sed tantum moralem, & ex voluntate Dei sic coordinatis hæc probabilis est, & congruentius, quod ponatur in eodem subiecto cum forma, ad quæ est dispositio.

225 Denique probari potest, quia etiam character non sit potentia physica, aut physice operativa, est tamen potentia moralis reddens homines aptos, & idoneos ad exercendum actus pertinentes ad recipiendam, vel ministranda sacramenta, qui actus immediate, & principaliter exercetur ad voluntate, siquidem per actus sacramentales debetur honorum Deo reddimus, qui est actus Religionis, qui est virtus ad voluntate pertinens, cum sit pars iustitiæ, quam omnes Theologi docent, in voluntate collocari.

Respondent, actus huiusmodi exerceri immediatè ab intellectu, & voluntate mediis auxiliis, quæ Deus confert ad tales actus; huiusmodi verò auxilia pertinent ad intellectum, & voluntatem; & præcipue ad intellectum, à quo incipit sancta cogitatio, sibi gratia excitans, quæ est primum auxilium, atque ita conclusit, characterem, si in potentiis animæ collocetur, vel in utraque ad æquitate collocari, debet, vel præcipue in intellectu, nam character ordinatur ad efficiendam fidei professionem per susceptionem, vel administrationem sacramentorum, vel confessionem fidei coram infidelibus, atque idem statui debet in eodem subiecto, in quo est fides, nempe in intellectu.

226 Cæterum non posse characterem in utraque potentia collocari, ex eo constat, quia non componitur ex duabus partibus, neq; potest una simplex, & indivisibilis qualitas in duplici subiecto immediatè distrahí; sed vel in substantia ipsa animæ immediatè reponi debet, ut aiunt Recentiores, vel in altera tantum potentia, & probabilius est hæc esse voluntatem, quàm intellectum; licet enim character ad efficiendam fidei professionem ordinetur, quæ est actus intellectus, adhuc tamen potius in voluntate poni debet, quàm in intellectu, quia ab eo oritur voluntas credendi, & protestatio fidei, & ea voluntate posita sequitur necessariò assensus, vel professio externa fidei, unde protestatio fidei est actus à voluntate imperatus, sicut & ipse assensus interior, neq; alio modo potest esse actus honoris, & meritorius, ut enim inquit Aug. *cætera potest homo nolens, credere verò non nisi volens, quod omnis fidei assensus necessariò à voluntate dependet, in qua præcedere debet pua credibilitatis affectio, ut dicitur ad lib. 3. sent. disp. 6. quest. 8. & p. 4.* Cum igitur primum principium actus credendi sit voluntas, & cum omnis moralitatis, & meriti, in ea potissimum requiritur auxilium ad volendum efficiatere assensus, vel protestationem, & consequenter in ea potissimum quoq; statui debet dispositio ad tale auxilium, qualis dicitur esse character.

Sed urges, antecedenter ad imperium assensus, & protestationis fidei requiritur consideratio obiectorum fidei; & consequenter antè huiusmodi imperium indiget intellectu auxilio ad considerandum obiecta, quæ voluntati proponunt, & post ead assentiendũ; ergo character, qui ex institutione divina affertur, iam ad talia auxilia habenda, potius in intellectu collocandus est, quàm in voluntate, vel in utraque potentia.

Resp. gratis concedendo, intellectum indigere auxilio ad contemplationem obiectorum fidei, & eorum assensum; cæterum cum assensus, qui ab intellectu produciatur, à voluntate imperari debeat ut sit humanus, & meritorius, ac patitur continuatio, & perfe-

rantia.

venantia, & reflexio ad eadem objecta prius cognita; characterus affertens ad auxilia per hæc actibus necessariæ convenientibus in voluntate videtur collocandus, tanquam in potentiari regina, & in principio imperativo actuum, qui ab aliis efficiuntur potestis.

227 In oppositum arguunt, Primo, quia character principaliter ex institutione, & quidditate habet configurari animam, sed hoc non est pertinere ad potentias, quàm potius ad essentiam animæ, & ipsius substantiam, ergo &c.

Confirmatur, quia etiam habitus acquiriti, vel infusi non recipiuntur immediatè in anima, sed in potentis, non debet id de characterè affirmari, nam habitus datur ad cooperandum cum tali potentia; character vero, cum non sit qualitas operativa, sed data potissimum ad perficiendum, & ordinandum subiectum, nõ procedit in illo eadem ratione, quam in habitibus acquisitis, vel infusis.

Demum character quatenus dicitur potestas, se habet quasi potestatis, sed potestas sunt in essentia animæ immediatè; ergo character potius est in essentia animæ, quàm in potentis.

Resp. argumentum urgere contra Thomistas, potentias animæ realiter ab ipsa distinguuntur, non verò contra Scotistas, qui eas cum anima substantia realiter identificant, & idè ipso aliquam figuram characterè potentiam, opus est, ut eo ipso substantiam quoque anime consignat, cum qua realiter est eadem.

Ad Confirm. negatur, characterem esse nudum signum datum præcisè ad perficiendum, & ordinandum subiectum; quamvis enim non sit potentia physica, aut physice operativa, est nihilominus potentia moralis reddens homines aptos, & idoneos ad exercendum actus pertinentes ad recipiendam, vel ministranda sacramenta, qui actus ad Religionem spectant, omni per eos debetur honore, & cultum Deo reddamus; ideò quom talis virtus ad voluntate spectet, congruentius in characterè in ea collocabitur, que in ejus actus inclinatur quàm in intellectu, ut in nuda anima essentia.

Ad ultimum, potentie anime naturales utique immediatè in anima substantia subiectantur, vel potius sunt idem cum anime essentia, character vero est supernaturalis potentia moralis, que se habet veluti habitus supra dicti ubi est, utque idem esse collocadus.

228 Deinde arguunt Thomiste, quod character sit potius in intellectu, quàm in voluntate, nam character ordinatur ad protestandam fidem, sed fides est in intellectu, ergo etiam character, Confirmatur, quia character est lumen quoddam spirituale, ut constat ex modo loquendi Patrum, sed lumen debet esse in intellectu, ut illum illuminet, ergo &c. Tandem character est quoddam signaculum, quo insignitur anima ad suscipiendum, vel tradendum aliis ea, que pertinent ad divinum cultum; sed divinus cultus consistit in actibus intellectus, & voluntatis, & præcipue in actibus intellectus, ex quo incipiunt omnes aliæ operationes ergo dicendum est, characterem esse in his potentiis, & præcipue in intellectu.

229 Resp. argumentum potius probare oppositum, quod nempè character sit in voluntate, à qua oritur voluntas credendi, & protestandi fidem, ut dicitur supra nu. 226. tum quia operationes sacramentales, ad quas character inclinat, licet fidem præsupponat in operante, non tamen sunt fidei, sed fidei religionis protestationes, quæ est habitus voluntatis; tum tandem quia neque actus ipse fidei est moralis, nisi meritorius, nisi à voluntate sit imperatus; & multò minus protestatio fideique sit per actus sacramentales, siquidem non ab intellectu, qui alius potentis imperare non potest, sed à voluntate sola imperatur.

Ad Confirmationem characterè dicitur lumen metaphorice solum non verè, & proprie, quatenus scilicet, sigillando tale subiectum indicat, illud deputatum esse per tale signum Christi domesticum, vel Militare, vel Ministrum, quo pacto etiam character fertur alios illuminat, ut illum agnoscant esse servum, nec tamen recipitur in intellectu servu, cum igitur character sit signu, quod aliis manifestat statum meum, non ob id opus est, ut recipiatur in intellectu meo; potest etiam dici lumen, quatenus affert titulum, & jus morale ad divinas illustrationes habendam in ordine ad executionem talem, vel tale munus, & neque ex hoc capite opus est, ut recipiatur in intellectu. Ad ultimum, hoc etiò potius probat oppositum, nam si character ad actus cultus, & religionis est ordinatus, huiusmodi actus primò, & per se a voluntate causantur, five eliciti, five imperati, & actus ipse fidei non est moralis, nec meritorius, nisi à voluntate imperatus, unde patet, omnino falsam esse minorem, non ad intellectum, cum fit pars iustitiæ, ut dicitur lib. 3. sent. disp. 7. non igitur character sit in intellectu, quia licet cultus Dei sit potestatis fidei, non est in intellectu, quia licet ad voluntatem, sicut virtus Religionis, non tamen formaliter spectat ad voluntatem, sicut virtus Religionis, quæ habet pro obiecto, & exercitio, sicut cultum Dei, non est in intellectu, sed in voluntate. Dicitur character est signaculo fidei Christianæ, sed in intellectu, ubi est fides, Nego consequentiam, nam etiam Crux in Equitate manibus non imponitur, sed in pedore geritur; sic ergo pariter poterit esse character signaculo fidei Christianæ, quæ est in intellectu, licet ipse non sit in intellectu.

230 Hæc disputatio solet, in sacramenta veteris legis characterè

Meld. in Quart. Sentent.

impressum, & communis opinio negat, eo nixa fundamentò, quo dicitur omnia illa Sacram, à ratione veri Sacram, decedere; Scotus verò e contra 4. disp. 6. quest. 10. in solutione primi concedit, impressum fuisse characterem per Circumcisionem, quæ fuit verum Sacram, legis scriptæ, ut constat ex dictis superius quest. 2. & sequuntur omnes Scotistæ, uno excepto Hiquo, qui ibidem in Commentario oppositum iudicat probabiliter, & magis de mente Patrum; hoc autem probat Doctor, quia Circumcisio in lege scripta ita erat annua salutis, sicut baptisimus in nova, & ita distinguitur familia Dei, & Messia, quem circumcisio credebant, aliquando venturum, sicut modo baptisimus; & ita per Circumcisionem ex opere operato conferebatur gratia, sicut modò per baptisimum, ut dicitur est quest. 2. cit. quare sicut baptisimus his de causis characterem imprimi, ita à pari dici potest, impressum fuisse per Circumcisionem; Et hoc idem, & eadem ratione affirmari potest de remedio legis naturæ contra originale, quod etiam perseveravit in lege scripta, quia illas feminas non acquiparatim masculis in donis supernaturalibus, si per Circumcisionem collatus fuisset character, & non per ipsum.

Sed urgent, quia alioquin Circumcisio non esset baptisimus, quod est falsum, quia nomen excipit Christus, cum dixit, *nisi quis renatus fuerit ex aqua & C.* sequela probatur, quia duo accidentia ejusdem rationis nequeunt esse simul in eodem subiecto, & baptisimus nihil causet, quia inveniret causatum.

Confirmatur, quia per Circumcisionem non adscribebatur aliquis in familiam Christi, sicut fit per baptisimum; ergo non debebat, characterem imprimere, sicut baptisimus. Tandem quia Patres Græci non tribuunt Circumcisioni aliam obligationem, quàm externam, quam recipiebant, inquit Chryostomus, more peccatum, & per hoc opponunt eam baptisimo, qui dat internam.

231 Ad primum negat Doctor consequentiam, & ad probationem inquit, quod posset concedi, illum characterem à Circumcisione impressum, esse ejusdem rationis cum characterè baptisimi, ac etiam alterius rationis; si concedatur, fuisse ejusdem rationis, dici posset, quod non imprimeretur character in Circumcisione, baptisimum suscipiente, quia tale subiectum non esset in potentia ad talem formam, sed in actu ad servandum illam; neque id esset absurdum, quia baptisimus natus est causare in subiecto capaci; eiusque modi esset jam habens characterem; sicut si baptisimus inveniret gratiam summam, ut fuit in Beata Virgine, inquit Doct. quod non causetur aliam, neque ob id esset falsum signum, quia significaret gratiam presentem, & causatam. Si verò dicitur, characterem Circumcisionis differre à characterè baptisimi, sicut imperfectum à perfecto, sicut gratia baptisimi differt à gratia Circumcisionis, tunc Circumcisio postea baptizatus novum characterem non suscipiet, sed per baptisimum, ut eo perfeveret character Circumcisionis ante impressum. Ad Confirm. negatur antecedens, quia adscribebantur Circumcisio in familiam Dei, & Messia, qui est Christus, quem n̄ credebant aliquando venturum, nunc dictum est. Ad ultimum ex Patribus respondet ipse Hiquo, hanc partem sustinet, quod ad differetiam obligationis inducitur inter Circumcisionem, & baptisimum, magis ipsos intendere illam signationem, quæ est ipse gratiam, quam probant contra Iudeos, non datam fuisse in Circumcisione, sicut modo datur per baptisimum, eo modo, quo explicavimus supra quest. 2. cit. num. 86.

QUESTIO SESTA.

An potuerit homini, vel Angelo communicari potestas instituendi sacramenta.

232 **C**ertum est inter Catholicos omnia Sacra, novæ legis fuisse à Christo Domino instituta, ita enim definitum fuit in Conc. Trident. sess. 7. can. 1. *de sacramentis in communi*, ubi habet, *si quis dixerit, sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit.* Hoc autem ita intelligi debet, ut Christus Dominus, qui Deus, tanquam causa principalis, & qua homo tanquam causa immediatè determinans signa illa sensibilia septem, & tanquam merensur Deus, sit mediatoribus concurreter ad conferendam gratiam efficaciter, & infallibiliter, instituit, ita immediatè omnia novæ legis sacramenta, Ex quo inferunt, solum Deum esse causam principalem effectus interioris factam, scilicet, gratiæ, & characteris; Christum vero, ut hominem, esse causam principalem meritoriam illius effectus, efficientem verò ministrariam, ex commissione Dei; Et denique Ministrum esse causam instrumentalem, & ministrariam, quatenus conferendo sacramenta ex institutione, & commissione Christi, applicat suscipienti merito ipsius, & virtutem divinam, eam annexam, que interiorius operatur illos effectus.

233 Quando itaq; hic quaeritur, an creature possit communicari potestas instituendi sacramenta, non est quaestio de potestate illa principali, & excellenti, que convenit Deo ratione Deitatis, & quam habuit Christus ratione Deitatis; hæc enim est modò, & cum ea independentia, & superioritate, & auctoritate, quæ est in Deo, non potest ullo modo creaturæ communicari; Quare Theologi

D 3 omnes

omnes fatentur implicare, Deum creaturam communicare potestatem, qua instituit sacramenta, tanquam causa primaria effectus eorum, nimirum, ut vis moralis, quam habent sacramenta producenti gratiam, primario, & principaliter nitatur virtute, & auctoritate illius creaturae; qua aut talis creatura deberet virtutem suam physice tunc producere interiori sacramenti effectum, aut saltem suo imperio ad hoc divinam applicare virtutem, veluti sibi subiectam, quorum utrumque manifeste implicat. Quæstio igitur est de potestate ex commissione, seu ministeriali, & participata, qua habuit Christus, inquantum homo, seu humanitas Christi Domini, an scilicet, illa possit alteri pure creaturæ communicari, sicut quoad quod eadem est difficultas de humanitate Christi, nulla enim ratio repugnantie affertur potestati in ordine ad alias naturas creatas, quæ non procedat etiam respectu humanitatis Christi.

234 In qua controvertitur due sunt oppositæ sententiæ; Prima negativa, quam defendit Scotus 4 dist. 2. q. 1. & 2. dist. 1. q. 3. Gabriel, Durandus, Vafquez disp. 135. c. 2. Altera affirmativa, quam dicunt Iussit D. Thomæ q. 64. art. 4. & sequuntur Suarez disp. 12. sec. 2. Card. de Lugo disp. 7. ca. 2. Amicus, Caspenfis, Averfa, Orlandus, & alii Recentiores passim, qui tamen omnes ad verum, commoverunt hanc esse potius de nomine, quam de re; eo quod Auctores utriusque sententiæ in hoc convenire videntur, quod possit, vel potuerit Deus alicui pure creaturæ communicare potestatem ad designandum aliquam rem, vel materiam sensibilem, ut sit signum gratiæ, imò & causæ ipsius, ac per consequens, ut sit sacramentum, hoc enim nulla certitur repugnantia, quia potest Dei alicui conferre, si tu volueris, quod aliqua signa sensibilia significet, & conferat gratiam, in quibuslibet, ego id totum pono in tua voluntate, & potestate, & volo, quod dent gratiam; Et planè hoc rationabiliter ab ullo negari posse videtur, quia potest Deus sua libera voluntate, & promissione obligare se alicui ad concurrendum cum signis, & rebus ab ipso institutis, sicut modo concurrunt cum sacramentis à Christo institutis, siquidem in hoc nulla profus apparet repugnantia; Cum, inquam, Auctores utriusque sententiæ in hoc conveniant, remaneat sola difficultas, an hic homo, ratione talis potestatis diceretur simpliciter instituisse sacramenta, quod prima sententiæ affirmat, & secunda negat, quam proinde dicunt esse de sola voce questionem, quid nimirum significet per institutorem, & auctoritatem sacramentorum; quævis Braucatus noster disp. 7. art. 3. contendat esse questionem etiam de re.

ARTICULUS PRIMUS.

Questionis Resolutio negativa.

235 **I**n hac controvertitur Poncius ex nostris disp. 41. q. 6. existimans dicendum esse, quod neque à Deo sola instituerentur sacramenta in tali casu, neque ab homine solo, sed ab utroque, sed à Deo magis principaliter, quia neque volitio divina sufficeret, ut baptizatio illa conferret gratiam, nisi institueretur ab homine; neque ab institutione hominis sola haberet id facere, nisi precessisset voluntas illa divina; ergo ut baptizatio illa esset sacramentum, requiritur & voluntas divina, & institutio hominis, & consequenter nec Deus sola causa, nec homo, sed uterque integrat causam totalem; sed quia Deus est, qui dat efficaciam conferendi gratiam; & quia est etiam, qui dedit auctoritatem homini instituenti, qua vult signa, ipse sine dubio ex duobus esse causa maxime principalis. Verum hic dicendi modus cum Recentiorum sententiâ profus concidit, nam ipsi quoque dicunt, quod in eo casu licet primus Auctor institutionis sacramentorum esset Deus, secundarius tamen, & delegatus esset creatura, dependenter à qua Deus efficaciam daret signo ab ipso instituto; quia non solum instituit dicitur, qui propria auctoritate, & à se rem statuit, atque incipit, sed etiam qui communicata sibi potestate rem inchoat, & contendit institutionem possibilem fieri à creatura modo explicato esse in rigore, & proprie institutionem sacram, ita Amic. l. c. 19. & Card. de Lugo n. 24.

236 Dicendum tamen est, quod sive hæc sit quæst. de nomine, & modo loquendi, sive etiam de re, in eo casu, quo Deus sua libera voluntate, & promissione obligat se alicui ad concurrendum cum signis, & rebus ab ipso determinatis, ipse solus proprie loquendo dicens effectus eorum sacram. Auctor, & Institutor, non autem creatura; ita quod non potest Deus alicui creaturæ communicare potestatem instituendi sacram. proprie, & complete, sed quælibet institutio, que fieret à creatura, esset impropria, & incompleta. Ita colligitur ex Scoto cit. d. 1. q. 3. s. de secundo dico, & probatur Primò ex Doctrina eius ibidem: illius proprie est Sacramentum instituire, cuius est non tantum signum imponere, sed etiam efficaciam illi producendum id, quod significat conferre, sed solus Deus potest efficaciam conferre ad producendum id, quod Sacramentum significat; ergo solus Deus potest proprie loquendo Sacramentum instituire; Maior probatur, quia in his duobus Sacramentum essentialiter consistit, ut sit signum aliquid ad significandam perfectam animi sanctitatem, & ut simul annexam habeat infallibilem certitudinem de significato ponendo; Minor quo-

que probatur, nam dare efficaciam sacramento ad producendum id, quod significat, est sacramentum assistere ad gratiam, significatam infallibiliter ponendam; cum igitur solus Deus sit Auctor gratiæ, nec possit ab ulla creatura ad eam infallibiliter causandam induci, solus Deus erit efficaciam sacramenti conferre, & consequenter sacramentum proprie instituire.

237 Resp. distinguendo maiorem cum ejus probatione, quod solus Deus est conferre efficaciam sacramento primario, & principali auctoritate; id autem facere potestare secundaria, delegata, & ex commissione Dei, potest etiam creaturæ convenire, quod sufficit, ut dicatur verè, & proprie sacramentum instituire, quia non solum instituire dicitur, qui propria auctoritate, & à se rem statuit, atque inchoat; sed etiam qui communicata sibi auctoritate rem statuit, & incipit; ita autem eveniret in casu posito, quod Deus creaturæ committeret, ut libera sua voluntate non modo certa signa statueret, sed etiam efficaciam daret, non quidem primario potestate, sed secundaria, & delegata, ut omnibus, & nullis aliis signis Deus efficaciam tribueret, quæ iam quæ talis creatura libera sua voluntate determinaret; itaque ratio Scoti concludit solum, nullam creaturam virtute propria, & primario posse instituire sacramenta, eorumque non probat, quod ei competere nequeat ex commissione Dei, & potestate delegata.

238 Hæc tamen responsio argumentum non solvit, quia licet institutio ad significandum simpliciter possit committi creaturæ, non tamen institutio ad certè, & efficaciter significandum, quæ significatio præcipue est de essentia sacramenti; quia talis institutio non potest fieri, nisi per determinationem divinam voluntatis ad assistendum signo ad producendum effectum signatum, hæc autem determinatio non potest fieri, nisi à Deo, unde si Deus determinat se generaliter ad assistendum cuiusque signo per creaturam instituto, & creatura aliquid signi institueret; adhuc institutio illius signi, quatenus certum, & efficax, non est à creatura, sed ex generali determinatione divina atque ipsa solus Deus proprie diceretur illius sacramenti institutor, & auctor, non autem creatura; Dices, determinationem illius signi, quatenus certum, & efficax, esse à creatura, non quidem potestare primario, & principali, sed secundaria, & delegata. Sed contra, quia si talis revelatio fieret à Deo cum manifestatione obligationis sui potestatis cuiusque signo sensibili à creatura determinando, à Deo illa efficaciam signi à creatura determinando esset totaliter, id est, nequeulla efficaciam expectaretur à creatura, sed sola determinatio signi sensibilibus, cui Deus iam obligavit efficaciam, & infallibilem assistentiam ad producendum id, quod significat; ergo licet institutio illius signi sensibilibus, ut sic, esset à creatura, tamen in ratione signi certè, & efficacis, quod est de essentia sacramenti, esset solum à Deo, atque ideo solus Deus illius sacramenti diceretur institutor, & auctor, non autem creatura.

239 Deinde si allata responsio valet, sequeretur de facto Patres antiqui in lege naturæ, in quantum libertate sine institutore hoc vel illud signum originis prædicti delectivum, fuisse illius sacramenti institutores. Resp. Cardin. de Lugo dupliciter posse Deum se habere in delegatione faciendâ, primò applicando efficaciam signo, quod homo designaverit, secundo dando homini potestatem, ut ipse faciat signum illud efficacius; in primo casu non communicat potestatem, sed relinquat homini merâ designationem, qui non est auctor potestatis; at in secundo communicat potestatem; Primus modus non sufficit, ut homo dicatur instituire sacramentum, si enim de facto sacramentum Eucharistiæ institutum est in vino albo, vel rubro, sacerdos autem designans rubrum, non dat illi signo efficaciam, hanc enim Christus dedit, sed solum eligit hanc potius materiam ex duabus, quibus Christus sub distinctione imposuit significationem; Sic in sacramento legis naturæ iam erant plures materies, seu actiones humane sub distinctione impostæ à Deo ad significandam gratiam, quare qui unam ex illis exerebat, non imponebat illi significationem, sed eligebat unam ex actionibus habentibus iam ex Dei institutione vim significandam; at verò in secundo casu relinquere tur homini, non solum electio materis, sed etiam communicatio efficacis, & impositio significationis.

240 Ad neque hæc responsio satisfacit, quia nequit Deus dare homini potestatem, ut ipse faciat signum impositum efficacius, sed tantum applicare efficaciam signo, quod homo designaverit, ergo &c. probatur assumptum, quia nulli creaturæ potest committere potestatem transferendi primò res materiales de ordine naturali ordinis signi certè, & efficacis, hanc namque certitudinem, & efficaciam præstat solum Deus ipse per determinationem sui voluntatis assistendi infallibiliter signo sensibili ab homine imposito, & talis determinatio divinæ voluntatis præcedit impositionem signi sensibilibus ab homine ponendi; ergo à Deo solo talis efficaciam procedit, & non à creatura, quæ tantum signum imponit, cui Deus jam promissè infallibiliter assistere, ergo propria, & rigorosa institutio illius signi, quatenus certè, & infallibilis, quod tantum modo induit rationem sacramenti, ad solum Deum spectat, non verò ad creaturam. Confirmatur clarissimis exemplis, nam si Princeps mihi diceret, quæcumque ex plebe designaveris, volo ut statim sit ad-

scriptus

scriptus in numerum Senatorum; & Nobilium, i ego eligo Petrum, vel Paulum artificem, institutio Petri in Senatorem, & Nobilem, planè ab ipso Principe recognosci debet, & non à me, ob determinationem ab ipso factam adscribendi in numerum Senatorum, quemcumque ex plebe ego designaverim; Sic pariter si Confessarius penitentem imponat alicui, ut pñsum unum recitet de psalterio, quæ magis liberetur, certè institutio talis penitentis, vel satisfactionis Confessario adscribit debet, & non penitentis, jam enim talis institutio ab ipso Confessario facta censetur, & à penitente sola expectatur electio huius, vel illius psalmi recitandi, & ita discutendum est de omnibus jurisdictionibus, in quibus institutio fieri potest. Nulli ergo creaturæ dari potest auctoritas, ut ipsa faciat signum sensibile efficacius in effectione gratiæ, quia hoc esset facere creaturam Deum; sed tantum creaturæ communicari potest facultas eligendi quoscumque; signum sensibile voluerit, cui Deus promittat infallibilem suam assistentiam in effectione gratiæ.

241 Confirmatur tota hæc doctrina, quia etiam Rex potestatem condendi leges Duci delegat, ad huc proprie, & in rigore Rex, non autem Dux dicitur legislator, ergo à pari, etiam si Deus potestatem condendi sacramenta creaturæ deleget modo jam explicato, adhuc non creatura, sed solus Deus dicitur sacramentorum institutor, & Auctor proprie loquendo.

Respondet Amicus hoc cit. negando consequentiam; nam potestas leges ferendi est propria Regis incommunicabilis subdito, potestas autem instituendi sacramenta non est ipsa propria Dei, ut nequeat creaturæ communicari, cuius discriminis ratio est, quia potestas leges ferendi est potestas obligandi subditos in ordine ad bonum commune, solus autem Princeps talis habet potestatem, unde à quocumque leges condantur, aut promulgentur, semper illæ vim obligandi sortiuntur à voluntate, & imperio Principis, nec possunt ab alio, quàm ab ipso Principe vim obligandi obtinere; at verò sacramentum instituere est instituere signum causativum gratiæ, non implicat autem creaturæ communicari potestatem instituendi signum causativum gratiæ, nam ut dicatur creatura sacramentum instituere, sufficit, ut sit causa signi, & gratiæ per signum importata; cum sacramenta instituere non sit aliud, quàm esse causam sacramentorum, atque potest creatura esse causa factæ moralis signi, & gratiæ per signum significata.

242 Ad certè paritas assumpta de potestate condendi leges, & instituendi sacramenta omnino est admittenda, si enim potestas condendi leges ideo nequit subdito communicari, & delegari, quia à quocumque leges condantur, vel promulgentur, semper illæ vim obligandi sortiuntur à voluntate, & imperio Principis, nec possunt ab alio, quàm ab ipso Principe vim obligandi obtinere, hæc eadem potestas ratione, neque potestas sacramenta instituendi poterit à Deo creaturæ communicari, & delegari, quia in institutione sacramenti præter electionem illorum signorum requiritur in eis efficaciam, quam non omni, qui signa eligit, dare potest, sed solum qui signa transferat de ordine naturali ad sacramentale, quod importat actum voluntatis efficaciam facienti tale signum, quod nullus facere potest, nisi Deus; & sicut leges à quocumque condantur, vel promulgentur, semper illæ vim obligandi sortiuntur à voluntate Principis, & Imperio, nec possunt ab alio, quàm ab ipso Principe vim obligandi obtinere; ita pariter à quocumque signa illa sensibilia eligantur, semper illa vim, & efficaciam conferendi gratiam à voluntate, & imperio Dei sortiuntur, nec possunt ab alio, quàm ab ipso Deo talem vim obtinere. Quare sicut Rex, quando Duci potestatem condendi leges delegat, adhuc proprie, & in rigore loquendo Rex ipse, & non Dux dicitur legislator; Dux verò potius prætor, & promulgator legis ita pariter in proposito, si Deus determinat se generaliter ad assistendum cuiusque signo per Petrum, v.g. instituto, & Petrus aliquid signum institueret, adhuc institutio illius signi, quatenus certum, & efficax, non est à Petro, sed ex generali determinatione divina, atque ita solus Deus diceretur verè, & proprie sacramenti Institutor, & Auctor; Petrus verò esset in eo casu prætor, & promulgator novi sacramenti.

243 Denique nostram assertionem probat Vasquez cit. ratione veluti à priori; nam instituere proprie est rem primò statuerè, & incipere; ergo ei soli convenire potest sacramentum instituere, cui convenire potest illud primò statuerè, vel incipere; hoc autem soli Deo convenire potest, non creaturæ, ergo &c. Minor probatur, nam implicat communicari creaturæ potestatem primò statuendi, vel incipendi sacramentum, nam quocumque potestas instituendi sacramentum creaturæ communicetur, illa à Deo necessario communicatur; ergo non creatura, sed Deus, qui primò per talem potestatem creaturæ communicat sacramentum inchoat, creaturam instituere diceretur.

Confirmatur quia creaturæ alia potestas communicari non potest, quàm imperandi; ut Deus det efficaciam signo à se posito; hoc autem necessario supponit in Deo decretum, quod statuit, ut cuiuscumque signo ab homine posito, ipse efficaciam daret, adeoque non creatura, sed Deus diceretur sacramenti institutor.

244 Respondet negando maiorem, quia non solum instituere dicitur, qui propria auctoritate, & à se rem statuit, atque incipit,

sed etiam qui communicata sibi potestate rem inchoat, sicut Ecclesia dicitur in rigore, & cum proprietate caremoniarum, & rituum, instituere, licet id non faciat, nisi ex potestate, quàm à Deo accepit; ita homo ille potest similiter dici instituere sacramenta, licet id faceret ex potestate sibi prius à Deo tradita, atque ita creatura potestatem sibi à Deo communicatam possit in genere causæ moralis secunda primò sacramenta instituere, & hoc sufficit, ut dicatur sacramentorum institutrix.

Ad Confirmationem, concedunt creaturæ aliam potestatem communicari non posse, quàm moralem imperandi efficaciam sacramentis, & negant hoc non sufficere ad causam institutionis sacramentorum; Nec refert, quod hæc potestas supponat in Deo decretum de institutione sacramentorum, nam supponit decretum, non absolutum, sed conditionatum, & dependens à voluntate creaturæ; si hoc, vel illud sensibile signum ordinare voluerit, hoc enim modo tota efficaciam sacramenti pendet ex voluntate talis creaturæ institutrix huiusmodi signum.

245 Verum, quævis concedamus institutionem nequam fieri posse per potestatem ab alio dependentem, & ad hoc, ut aliquis dicitur simpliciter institutor, non semper opus est, quod nullo modo acciperit ab alio potestatem id faciendi, ut constat in alio exemplo de institutione rituum, & ceremoniarum in Ecclesia, quia ad hanc, & similes institutiones non requiritur omnipotentia, at tamen in institutione sacramentorum ad quæ exigitur omnipotentia, illa conditio necessario requiritur, nam talem efficaciam illis signis dare nequit, nisi Deus; Nec creatura, cui Deus subiecit suam omnipotentiam in illa hypothesi, tale esse daret, ut ajunt Adversarii, quia dare esse efficaciam sacramentale rei naturali est morale in eo, cui datur, quia nihil physicum ob id ponitur in signo sensibili, quia ratione diximus supra, sacramenta esse signa moraliter efficacis; in eo tamen, quod talem dat efficaciam, est aliquid physicum, & voluntatem supponit omnipotentem, Et quævis decretum, quo Deus assente decrevit signis à creatura impositis, non sit absolutum, sed conditionatum, & quodammodo à voluntate illius creaturæ dependens, si verò hoc, vel illud signum ordinare voluerit; non ob id sequitur, talem efficaciam sacramenti à voluntate creaturæ pendere tale signum instituentis; quia licet tunc creatura determinat signum, non tamen ipsa daret illi efficaciam, hoc est, certitudinem, & veritatem significationis, sed hæc haberet ex voluntate, & promissione divina, purificata conditione, atque ideo solus Deus diceretur illius sacramenti Institutor, & Auctor; Sicut si testator instituit heredem illum, quem Petrus nominaverit ex filiis suis, quævis hoc decretum non sit absolutum sed conditionatum, & dependens à voluntate Petri, & nominatione ab ipso factæ, non ob id Petrus potest nominans unum ex filiis suis, dicitur proprie illum instituere heredem, sed tantum designare, quem testator instituat vagè.

ARTICULUS SECUNDUS.

Satisfit Objectionibus.

246 **I**n oppositum arguunt Primò, quia institutio sacramenti nihil aliud est, quàm impositio alicuius rei sensibilibus in signum efficacis gratiæ, sed purus homo potest, ex potestate sibi delegata à Deo, instituere aliquam rem sensibilem signum efficacis gratiæ; ergo potest sacramentum instituere, licet dependenter à voluntate divina sibi delegante, & tradente talem facultatem; & hoc non esset tantum determinare materiam sacramenti, & signi, ut ait Scotus, sed verè illud instituere, quia à propria voluntate hominis dependere impositio signi sensibilibus gratiæ, à quæ tale signum habet certitudinem, & efficaciam gratiæ, licet cum dependentia à voluntate divina. Confirmatur, quia Christus, ut homo, non aliter habuit potestatem instituendi sacramenta, & tamen verè dicitur sacramentorum institutor; ergo potest Deus hanc potestatem alicui creaturæ communicare.

247 Respondeo negando minorem; quævis enim potest homo ex potestate sibi à Deo delegata instituere aliquam rem in ratione signi sensibilibus, & præcipue, non tamen in ratione certè, & efficacis ad conferendam gratiam, unde solum sequitur, potuisse Deum communicare creaturæ potestatem instituendi sacramenta, quantum ad determinationem rerum, & verborum, in quibus consistenter, non verò quantum ad virtutem conferendi gratiam; & falsum omnino est, quod in eo casu à voluntate hominis tale signum instituentis haberet illud signum certitudinem, & efficaciam gratiæ dependentem à voluntate divina; nam talis efficaciam simpliciter, & absolute loquendo à voluntate divina attendi debet, cum ipsa sola transferat signa illa sensibilia de ordine naturali in ordinem signi certè, & efficacis, atque ideo ipsa sola dicitur sacramentorum institutrix, ut evidentè constat in exemplo allato de testatore heredem instituente unum ex filiis Petri, & ab ipso Petro nominandum; hæc enim non obstante delegatione Potestatis factæ, adhuc testator proprie, & non Petrus dicitur heredem instituere.

Ad Confirmationem negatur consequentia; Christus enim non dedit esse homo, sed etiam Deus, & ideo fuit vera, & completa causa sacramentorum institutrix, quia non solum signa prædicta determinavit, & nedum

& nedum per humanitatem meruit, ut Deus certitudinem daret, & efficaciam signis à se impostis, sed dedit certitudinem eo ipso, quod signa determinavit.

248 Secundò arguitur, quia necessarium non est, ut in eo, qui instituit hoc sacramentum, sit hac potestas omnino independentis à superiori voluntate, & quasi in primo gratia Auctore, sed satis est, quod tota sacramenti efficacia pendeat ex voluntate creature institutrice huiusmodi signum, quia hac potestas, quam dicimus, communicari posse creaturæ ad instituentem sacramentum, non est primaria, sed delegata, & delegata ergo ad illam satis est, ut effectus gratia sit etiam positus in voluntate eius, saltem ex delegatione, & commissione.

Confirmatur, nam tem instituit abstrahit à primario, & secundario instituyente, sicut causæ abstrahit à causæ per modum causæ primæ, & secundaræ; tamen enim causæ dicitur causæ secundæ virtute sibi à Deo communicata, quam prima virtute propria: sed instituit sacramenta esse causam sacramentorum; atque creatura potestate sibi delegata esset vera causa moralis sacramentorum: ergo verè, & propriè esset causa institutrix eorum.

249 Respondetur, satis constare ex dictis, talem potestatem secundariam, & delegatam instituenti sacramenta creaturis communicari non posse, quia merendi, vel imperandi, ut Deus det efficaciam signo à seposito, hoc autem, ut supra declaratum est, necessariò supponit in Deo decretum saltem conditionatè, quo statuit, ut cuiusq; signo ab homine positio ipse efficaciam daret, idèq; non creaturæ, sed Deus solus diceretur sacramenti institutor; Tum quia in tali casu creatura ad summum esset causa moralis sacramentibus, quod non sufficit, ut dicatur illius institutrix; nam merens, vel imperans à Principe, ut ejus intuitu modum frumenti tantum valeat, non ob id rectè diceretur, tale prægium instituisse, sed Rex, vel Princeps. Diceis, in tali casu creatura haberet in sua potestate voluntatem Dei saltem moralitè, quia decretum Dei conditionatum de conferenda infallibilitate gratia, si creatura tale signum posuerit, pendet à voluntate creature; ergo verè, & propriè diceretur Auctor illius sacramenti, & Institutor; sicut, qui per ignem sibi vult comburere, dicitur Auctor combustionis.

250 Respondetur negando consequentiam, cum ejus probatione, quia comburens sibi vult per se, non mortalitè; creaturæ autem in casu posito mortalitè tantum uteretur voluntate Dei quatenus Deus illi promissit assistentia de conferenda gratia, si hoc, vel illud signum posuerit, quare sicut cõsensens homicidium, vel precibus impetrans non dicitur illius Auctor, nisi mortalitè; sic in proposito creatura ad summum mortalitè diceretur illius sacramenti Auctor non autem verè, & propriè, nec aliud convincit rationes Adversariorum. Ad Constit. negatur assumptum, nã instituire, ex vi ipsius nominis dicitur rem statuire, & inchoare, ut dictum est n. 243, at causæ, ex vi nominis non dicit causare per modum causæ primæ, & virtute independentis, sed abstrahit, atq; idèo utriq; causæ indifferenter convenire potest verè, & propriè; quæ propter causæ secundæ respectu suorum effectuum dicitur causa physica, vera, & propria; at creaturæ respectu institutionis sacramenti diceretur tantum causa moralis, quod non sufficit, ut dici possit sacramenti institutrix, ut patet in exemplo allato de imperatore à Principe, ut modum frumenti tantum tantum vendatur; quamvis enim Petrus, qui à principe tale prægium impetravit, sit ejus causæ moralis, non tamen dicitur illud instituisse.

251 Tertiò arguit Cardinalis de Lugo destruyendo fundamentum nostræ sententiæ, quod etat tale sacramentum instituit per potestatem, & efficaciam, quam habet ad causandam gratiam; ergo ille solum dicit potest instituire sacramentum in ratione sacramenti, qui dat illi talem efficaciam, hæc autem solus Deus potest dare, & non homo, ergo &c. At hæc ratio, inquit ipse, non concludit, quia in prædicto casu homo etiam communicat sacramentum illam efficaciam; supponimus enim, quod Deus dedisset auctoritatem homini, ut sua voluntate posset obligare Deum ad dandã gratiam cum talibus signis; hæc autem obligatio Dei est efficaciam, quam habet sacramentum, atq; idèo homo, qui in eo casu causavit hæc obligatiōem in Deo, causavit etiam sacramentum in ratione efficaciam. Quare inquit, dupliciter posse Deum se habere in delegatione faciendæ primò, dupliciter efficaciam signi, quod homo de signavit; secundò dando homini potestatem, ut ipse faceret signum illud efficaciam, in primo casu non communicat potestatem, sed relinquat homini meram designationem, qui non est actus potestatis, & in hoc tantum sensu inquit, argumta nostra concluderet; at in secundo communicat potestatem.

Confirmatur hæc differentia exemplo, nam Episcopus potest precipere alicui sub excommunicatione, ut faciat, quod illi Petrus precipit, in quo casu non dat Petrus facultatem precipiendi sub excommunicatione, sed ipse Episcopus imponit excommunicationem sub iudicio non facient, quod Petrus designavit; alio autem modo se habet Episcopus, quando dat alicui facultatem precipiendi sub excommunicatione, tunc enim hæc delegat non solum potest designate materiam præcepti, sed etiam imponere censuram,

quæ adhuc non erat imposita. Ita ergo in proposito, si Deus ipse imponat significationem, & efficaciam illis signis, quæ homo elegerit, non instituit sacramenta ipse homo, sed solum designat materiam, quam Deus sub distinctione jam instituit, si verò Deus det homini facultatem imponendi significationem, & efficaciam aliis signis, tunc homo exerceat actum potestatis, & instituit verè illa sacramenta ex delegatione Dei.

252 Respondetur, jam supra n. 249, ostensam esse impossibilitatem illius secundi modi, in quo Deus deleget creaturæ potestatem, ut ipsa faciat signum illud efficaciam, tantum enim applicare potest efficaciam signo, quod homo designaverit, non autem facere, quod homo ipse det efficaciam, quia hoc esset facere creaturam Deum; Et supposito etiam, quod Deus dedisset homini auctoritatem, ut sua voluntate posset obligare Deum ad infallibilitè assistendum signis à se positis, non ob id sequitur, quòd dici posset causæ Sacre. in ratione efficaciam, & illud propriè instituire, ut in exemplis superius adductis; nam si militi, qui se benè gessit in bello, det Rex auctoritatem petendi, quicquid voluerit, & obliget se dare, quicquid petierit; si petat, & obliget Regem, ut filii eius in numerum Senatorum, & Nobilium ad scribandum planè tali institutione à Rege recognoscere debeat, & non à milite, cui non alia potestas communicata fuit, quàm imperandi, quòd obtinere, quicquid à Rege petere non autè instituitur, & adscribendi filios in num. Senatorum, & Nob, quia talis auctoritas, & potestas solè apud Regè residet.

253 Ad Constit. negatur paritas, potest enim utiq; Episcopus dare alicui facultatem precipiendi sub pena excommunicationis, si ille sit iurisdictionis Ecclesiasticæ capax, at nequit Deus delegare facultatem creaturæ, ut det efficaciam signis sacramentalibus, quia ut sepè dictum est, creaturæ alia potestas communicari non potest, quam imperandi; ut Deus det efficaciam signo à se positò, quæ potestas in creatura non est, nisi moralis; in eò autem qui dat talem efficaciam signis sacramentalibus, est aliquid physicum, & importat voluntatem, tunc efficaciam per omnibus partibus temporis, in quibus illa signa ponentur, ac si tunc esset posita, ut supra dictum est num. 245, quare nec hæc potestas sit physica, nec principaliter, & excellenter, nec ex commissione, & per delegationem creaturæ convenire potest, sed soli Deo; unde sicut ipse solus dicitur gratia Dominus, & Auctor, ita etiam sacramentorum Institutor.

254 Quatò ulterius arguit idem Auct. quia ad hoc, ut alicui dicitur aliquid instituire, non requiritur, quòd nullo modo acciperit potestatem ab alio id facienti, nec quòd alius saltem in communi non habuerit decretum aliquid eicrà tem illam; sic enim communiter S. Benedictus dicitur Institutor, & Auctor sui ordinis, ac regula, licèt Deus prius fuerit auctor illius ordinis, & Sanc. Franciscus, vel S. Ignatius dicuntur auctores suarum regularum, & licèt, utiq; ad res regulas fabricandas potestatem acciperit à Summo Pontifice, potuit tamen ergo aliquid dici auctor, & institutor sacramentorum, licèt à Deo potestatem accepisset, id faciendi.

Respondetur negando paritatem de institutione Religionum, & Sacram. etenim in institutione Sacram. præter signorum electionem, requiritur in eis efficaciam, quam non omnis, qui signa eligit, dare potest, sed solum qui est auctor gratiæ; & ad Religionis institutionem nil aliud requiritur, nisi determinatio cuiusdam peculiaris modi vivendi, quam vivendi formam Religionum fundatores ex Evangelio hausierunt, sibiq; & sectatoribus, sequendam, & observandam determinaverunt, & à Pontificibus solum, ut confirmandam, & approbandam postularunt, idèque ipsi verè, & propriè suorum Ordinum fundatores, & auctores dicuntur, non autem Pontifices.

255 Quintò tandem arguit auctoritate Ecclesiæ, que loquens de institutione Eucharistiæ, in hymno festi Corporis Christi inquit dedit sibi illud sacrificium servilium. &c. sic sacrificium istud instituit &c. ubi idem, qui protulit illa verba accipite, & habite, dicitur instituisse sacrificium, & sacramentum certum est autem, quòd illa verba protulit, ut homo, & nequeunt intelligi de Christo, nisi ut homine; sacrificium enim ut sacrificium dedit ab ipso offerri ut homine, nam ut Deus non poterat illud offerre, cum si hæc ab ipso facta fuissent, ut Deo non nominaretur præcise auctor Christus, sed tres persone Trinitatis. Confirmat id Suarez ex Aug. tract. 5. in Joan. ubi dicit, potuisse Christum dare potestatem alicui servò suo ut daret baptismum suum, tanquam vice sua, & transferret à se baptismum potestatem, & constituit in aliquo servò suo, & tantam vim dare baptismum translatò in servum, quantum vim haberet baptismus datus à Domino.

256 Respond. Eucharistiã posse dupliciter considerari, & in ratione sacramenti, & in ratione sacrificii; hoc secundo modo utriq; fuit à Christo institutum homine; at sub ratione sacramenti fuit à Christo institutum à Deo, atque in hoc sensu intelligenda sunt verba Ecclesiæ loc. cit. neque fuit opus ubi nominari personas Trinitatis; nunquam enim in Sacra Scriptura invenitur, quòd tota Trinitas non invenitur, ut principium alicuius operis ad extè, & sed semper Deus, in principio creavit Deus, dixit Deus, vidit Deus, &c. neq; ullus adluc potest Scripturæ; vel Patrum testimonium, quòd in-

instituto Eucharistiæ fuerit facta à Christo, ut homine, quoad efficaciam, nisi merito.

Ad Confirmationem nil aliud voluit Aug. illis verbi significare, nisi quod Christus, ut Deus potuit alicui homini ita se obligare, & ejus voluntati suam omnipotentiam subiceret, ut quibuscumq; signis ab eo ponendis dare efficaciam voluerit; vel quòd Christus, ut homo potuit alteri mereri auctoritatem faciendi in baptismo, & ceteris sacramentis, quod ipse faciebat, non autem potestatem simpliciter instituenti sacramenta.

QUESTIO SEPTIMA.

Que, & qualis esse debeat intentio Ministri ad sacramenti valorem requisita.

157 **D**uo querit hæc questio, & duo supponit; nimirum primo supponit cum Scotò 4. dist. 6. q. 5. & est communis sententia de facto, & lege ordinaria solum hominem viatorem esse legitimum sacramentorum Ministrum, nam ex institutione particulari cujuslibet sacramenti constat, potestatem illam solis hominibus viatoribus esse collatam, nisi enim dixit: baptizate omnes gentes, dum instituit baptismum; hoc facite in meam commemorationem, dum instituit Eucharistiã, & quomodo miseris peccata, dum instituit penitentiam sacramentum; & potestib; tamen inquit Doctor, & ex privilegio particulari potest sacramentò esse Minister quilibet ratione utens, sive sit Angelus, sive anima separata, sive homo beatus, sive damnatus; quidem Minister nullam habet causalitatem in gratiam, que producit per sacramentum, nisi quatenus habet intentionem, & adhibet materiam, & formam; que materia, & forma, supponit Minister intentionem, est causa moralis proxima, & totalis gratiæ per sacramentum collatæ. Unde alterum, quòd supponit hæc questio, est, quòd præter materiam, & formam sit necessaria intentio Ministri ad valorem sacramenti, ut docet Doct. loc. cit. quòd quidem primo factum est in Conc. Flor. in decreto ad Armenos, cum inquit: Hæc omnia sacramenta principaliter percipiuntur, scilicet rebus, tanquam materia, verbis, tanquam forma, & persona Ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi, quòd facit Ecclesiã, & postea in Trid. sess. 6. c. 11. cum ait, si quis dixerit, in Ministris, dum sacramenta conferunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quòd facit Ecclesiã, anathema sit.

258 Ex quo deducit Card. de Lugo dist. 7. sess. 7. prædictam intentionem esse per se partem intrinsecam sacramenti, quòd illa ablata, & manebit omnis aliis, non remanet essentia sacramenti, & Conc. Flor. simul cum materia, & forma posuit intentionem Ministri; Ceterum non est à communi modo loquendi recedendum, quòd intentio prædicta non est per se pars intrinseca sacramenti, ut sunt materia, & forma, sed se tenet ex parte cause efficientis sacramentum, tanquam conditio simpliciter necessaria, nec certè necessaria est, quò que certa potestas, & iurisdictionis in quibusdam sacramentis, & in adultis necessariò requiritur intentio suscipiendi sacramentum, & tamen hæc non dicitur partes sacramenti intrinseca, sed tantum conditiones, quarum necessitas ex parte cause efficientis, Et quidem Conc. Flor. simul cum materia, & forma personam quoque Ministri habentis intentionem nominavit, que tamen persona non utriq; ponitur, tanquam pars intrinseca sacramenti, sed ita quam causa efficiens, quare sic etiam se habeat intentio, quæ sublata intentione tollitur sacramentum, non quia sit pars ipsius intrinseca, sed quia tollitur causa, seu conditio necessaria ex parte cause efficientis ad ponendum sacramentum.

259 Difficultas autem est, que, & qualis esse debeat hæc intentio, que significat obiectum, quòd intenditur, vel intendi debet; qualis autem appellat modum intentionis, que requiritur, an scilicet, debeat esse actualis, aut virtualis, aut habitualis, absoluta, vel conditionata, &c. Ita que cum duo sint in quibuslibet sacramento consideranda, nimirum ontas realis sensibilibus actionum, & formalitas sacramenti circa substantiam intentionis, præcipua difficultas est, an sufficiat in Ministro intentio faciendi illam actionem externam eo ritu, quo ab Ecclesiã præscripturam potestis, uteriq; requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesiã, saltem in consensu, ut iussit Christus, ut faciendi sacramentum; Sæculari nostri temporis dixerunt, non requiri in Ministro intentionem de formali ipsa ratione sacramenti, atq; idèo etiam per jocum exerceatur actio, sive illis reales, vel sacramentum, quibus ex Catholice consensus Cathericus opuse, de intentione Ministri, ubi ait, sufficere intentionem exercendi actionem illam reales sine alia intentione de formalitate sacramenti, etiam si illæ actiones exerceantur per jocum. Alii quoque Catholici, ut Palud. Sylv. Salmer. Scrib. & alii quos citat Cardinal. de Lugo loc. cit. & novissimè sequitur Pasqual. dist. 7. sess. 4. dixerunt esse satis ad valorem sacramenti intentionem primo modo; unde putat, confici validè sacramentum, etiam Minister intendat non conficere, & modo intendat facere, & faciat illum actum externum iuxta ritum Ecclesiæ, quo ipso fit, quòd intendit Ecclesiã, quare iuxta hoc Doct., nequit fieri ex joco, vel contemptu externè, quia tali modo non esset iuxta ritum Ecclesiæ in quo discrepant Hi Theologi à primo modo dicenti Sæculariorum,

qui dicebant, quocumque modo, & quacumque intentione fierent actiones illæ externæ, validè confici sacramentum. Communis tandem Catholicorum sententia est, ad valorem sacramenti non sufficere intentionem primi generis, sed esse necessarium quoc; intentionem secundi generis; hoc est, ad conficiendum sacramentum non sufficere solum intentionem de exercendo realibus actionibus sacramenti eo ritu, quo ab Ecclesiã sunt præscripta; sed requirit etiam intentionem de conficiendo sacramento formalitè supra five de exercendis actibus externis, quatenus sacramenta sunt, ita Scot. cit. 4. d. 6. q. 5. D. Bonav. dist. 6. ar. 3. q. 1. Alesius qu. 8. membr. 3. ar. 1. & alii Scholastici passim, tum veteres, tum Recentiores.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur questio quoad primam partem.

260 **E**X modò dictis in declarando statu questionis satis constat, Catholicos omnes in hoc convenire, quòd intentio Ministri est necessaria, & quòd in conficiendis sacramentis intendat facere, quòd facit Ecclesiã. Verum quia hoc dupliciter concingere potest, uno modo materialiter solum, ut quando solum verba profert, & res apponit, nullo actu interius pre-supposito in sua voluntate, quòd facere velit, quòd Christus instituit, & jam formaliter, ut quando non solum profert verba, & res apponit, sed interius quoque habet actum voluntatis, quòd mediante vult facere actiones sacramentales, ut tales sunt; Quòd dicimus, ex parte Ministri necessariam esse intentionem faciendi, quòd facit Ecclesiã, per hæc intentionem non intelligitur sola intentio faciendæ metam actionem externam non intelligitur sola intentio faciendæ quasi materialiter sumptam, eo ritu, quo est ab Ecclesiã præscripta, quatenus est sacramentum, quòd est intentio conficiendi illam, explicitam, vel implicitam conficiendi verum sacramentum, & faciendi, quòd Christus instituit, adeoquòd non sufficiat prior illa intentio materialiter, ut validi conficiatur sacramentum, sed requiritur intentio illa formalis faciendi, quòd Christus instituit, vel Ecclesiã intendit, vel quòd alii Ministri Christi intendere solent.

261 Conclusio sic explicata probatur primo ex definitionibus Conciliorum jam adductis, requiritur autem valorem sacramenti intentionem faciendi id, quòd facit Ecclesiã; hæc autem intentio non est faciendi data, atq; actiones externas sacramenta à Christo Domino institutas, quæ sunt materialiter sumptæ, sed etiam intendit illas faciendi formalitè, prout sunt sacramenta, ergo &c. probatur minor, quia cum Concilia definiunt esse necessariam intentionem faciendi, quòd facit Ecclesiã, damnant errorem Hæreticorum dicentium, quantumvis jocose, aut per ludum ministrare forma, aut materia sacramenti, vera confici sacramenta, ut patet ex Trid. sess. 14. c. 6. & c. 8. de penit. ubi inquit, quòd si Sacerdos non serio, sed joco absolutionis verba profert, absolutio non valet, quòd etiam prius fanciunt Concilia, Constant. sess. ult. & contrà hæc errorem dicunt Concilia, requiri in Ministris intentionem faciendi id, quòd facit Ecclesiã, sed qui jocose, aut per ludum sacramenta ministrat, verè habere intentionem faciendi res externas, in quibus materialiter sacramentò consistit, illa ergo intentio requiritur à Conciliis, scilicet, faciendi sacramenti formalitè, ut tale.

Resp. Auctores secunda opinionis, intentionem Concilii Trid. fuisse damnare Hæreticorum errorem, qui nec etiam externam apparentiam intentionis requiri dicebant, volentes, valere sacramentum, quamvis minister ostenderet, & diceret, sed non serio, sed delictis agere; at Minister exercendo actiones externas graviter, & absque joco externo, facit, quòd facit Ecclesiã, non tamen ille, qui profert verba cum irrisione, & joco externo, tunc enim non faceret, nec vellet facere, quòd facit Ecclesiã.

262 Veram tamen illi verba, & sensus Concilii benè ponderentur, satis apparet voluisse, internam quoque intentionem requiri, ac proinde si hæc desit in mente, sacramentum non valere, quamvis hic defectus non appareat exterius; Tum quia si voluntas requisita faciendi, quòd facit Ecclesiã, est sola voluntas faciendi exterius tem serio, quia hoc est, quòd exterius facit Ecclesiã; ergo si quis puerum moribundum baptizaret, prolata secreto forma, & abluendo exterius puerum, similians, se illum ob alium finem lavare, non faceret validum sacramentum, quia hæc actio exterior non esset sacra, & sacramentalis, qualis est actio Ecclesiæ, sed prophana, & naturalis appareret; Et si quis haberet verum animam baptizandi puerum, sed fingeret exterius, se jocose verba profere, ne à circumstantibus agnosceretur Christianus, & diceret, hoc modo faciunt Christiani, & abluunt hoc modo, & dicitur, Ego te baptizo, &c. verum baptismum non conferret, quia non faceret actum externum graviter, & serio, ut facit Ecclesiã, valde autem durum esset dicere, in his casibus parvulo verum baptismum non confecti, quia verum animam habet internum confetendi; per intentionem ergo faciendi, quòd facit Ecclesiã, intelligitur intentio faciendi sacramentum, ut tale.

263 Deinde probatur ratione; quam Doct. innotat loc. cit. dist. 6. q. 5. in corpore questionis, actus sacramentalis non est purus actus natu-